



Kern 86
(1-54; a-g)

CONSPECTVS

L A B O R V M

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCC LI

OCCTVAVNTVR

PRO-RECTORE

D. IO. HENR. CALLENBERGIO,

S. S. THEOL. ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIO.



Emensi prius seculi dimidium, nunc posterius ingredimur, bono omine: in tanta Academiae tranquillitate, & securitate civium mutua, quantam vix vlllo anno vidimus. Fecit dulce hoc otium, post Numen supremum, sapiens illa REGIS providentia, ab opere litterario seiunctum euntis ascitorum armorum strepitum, grassationes nocturnas, & reliquae vitiositatis licentiam. Quantum in vobis est, ciues carissimi, prosequimini hanc vestram felicitatem; pretiosissimi biennii vestri, trienniive, fundamenti secururae vitae omnis, caute iacturam; memoresque estote philosophici moniti illius gravissimi: liberalium studiorum occupationes non tantum mentis cultura, sed accurata etiam voluntatis emendatione constare oportere, nullo Ordinum discrimine; nisi inutilia terrae pondera multiplicari, pestesque generis humani, litteris armatas, perpetuari velimus. P.P. Halae d. X. April. MDCCC LI.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



IOAN. HENR. CALLENBERG Praecognoscenda in Theologia *Antibetica* paratus est tradere: & perget in explicando libro *Danielis*; eoque absoluto, pro Auditorum delectu, ad explanandas alias Codicis *hebraici* partes *difficiliores* progredietur.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, *Hor. IX. antem.* continuabit Praelectiones in suas Institutiones Iuris naturae & Gentium: quibus finitis, post festum Pentecostes explicabit Architecturam militarem & civilem. *Hor. III. pom.* autem interpretabitur *Metaphysicam*, in gratiam eorum, qui ad certam rerum cognitionem in disciplinis ceteris aspirant.

CAR. GOTTLIEB KNORRE *Hor. XI. Institutiones Iustinianae* duce HEINECCIO in Elementis Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum adornatis, Hora X. & II. vero *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Nec iis quoque deerit, qui Collegium relatorum priuatum desiderabunt.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS institutiones pastorales ad ductum Pastoris fidelis B. KORTHOLTI rursus tradet, & epistolae ad Titum interpretationem ad eundem scopum accommodabit. Praeterea aeternae Epistolae ad Philipenses tractationem continuabit, & Ideam Studiofi Theologiae in paraeneticis lectionibus illustrare perget.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, *publice* hora III. perget in interpretandis secundum harmonicum ordinem prioribus tribus Euangelistis, hisque absolutis adiciet Ioannem: priuatim hora IX. continuabit explicationem Pentateuchi Mosaiici.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. *publice* noticiam librorum ad hist. sac. et theol. dogmat. atque polemicam pertinentium, quae iam typis exscripta est, illustrabit h. VI. vespertina diebus Iouis et veneris: *privatis* scholis, h. VIII. theologiae *dogmaticae* parte altera propediem finita, priorem redordietur; h. XI. theol. *moralis* tractabit, atque h. IIII. tribus prioribus hebdomadis diebus epistolae ad Hebraeos interpretationem continuabit, qua finita eadem horae scholis *privatissimis hermeneuticae* sacrae accedent, neque minus exercitiis disputatoriis selectorum auditorum occupabitur.

IOAN. GEORG. KNAPP h. VII. matutina *Theologiam dogmaticam* denuo explicabit, h. X. vero in enarranda *historia ecclesiastica Novi Testamenti* perget, eamque semestri aestiuo absoluet. Die Domini h. V. pomeridiana continuabit *tractationem aeternam* posterioris ad Timotheum epistolae.

IURIDICAE.

D. IAC. GABRIEL WOLF *publice*, hora VIII. matutina, *iurisprudentiam* suam *naturalem, tum priuatam, tum publicam*; praeterea *privatim* hora IX. V. C. ENGAVII *elementa iuris canonici*; hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* denique hora III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum Imperialium, commentationibus vberioribus* illustrabit.

IO. TOBIAS CARRACH interpretabitur 1) B. Dn. BOEHMERI *Introductionem in Ius Digestorum* horis consueta. 2) Ad Illust. IO. FR. SAM. BOEHMERI *Elementa Iurisprudentiae Criminalis* & 3) ad B. STRVVI *Elementa Iuris Feudalis* commentabitur horis propediem indicandis. 4) Collegium *processuale elaboratorium Civile* & 5) *Criminale* concedet, quibus ante collegiorum initium cum eo hac de re conueniet.

IOAN. CAROLVS KOENIG per hoc semestre aestiuum hora IX. X. docebit Ius Feudale praecedente ccl. IAC. GABR. WOLFIO, vel beato BVRG. GOTTH. STRVVI: hora X. XI. commentabitur in *capitulationem nouissimam*: hora XI. XII. iuris

iuris publici collegium redintegabit ad ductum cel. IO. IAC. SCHMAVSSII: hora pomeridiana II - III. acroases in *Per-Illustr. L. B. de COCCII* Systema nouum iustitiae naturalis & romanae instituet.

DANIEL NETTELBLADT qua par est industria & fide docebit Hora VIII - IX. *Ius Feudale* praecedente WOLFIO in Elementis iuris feudorum; Hora IX - X. *Ius naturae* ad ductum systematis sui iurisprudentiae naturalis; Hora X - XI. & II - III. *Vniuersae iurisprudentiae positivae prima principia* in systemate suo vniuersae iurisprudentiae positivae explicata; Hora XI - XII. *Ius publicum* duce SCHMAVSSIO in compendio iuris publici.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI Institutione *Publica* Medicinam Pauperum explicabit. Priuato labore finito Collegio Pathologico & Therapeutico, nonnullorum petitioni annuens Physiologiam a IX. ad X. Formulare laboratorium a X. ad XI. & Chirurgiam Medicam-pharmaceuticam p. m. II. b. c. D. auspicabitur.

IO. IVNCKER *publice* continuabit fundamenta chirurgiae; *privatim* hora quidem decima theoriam medicam, hora autem vndecima therapiam redauspicabit; *privatissime* exercitationes clinicas cum profectionibus consuetis horis perpetuabit.

ANDREAS ELIAS BVCHNER publicis in praedlectionibus commentabitur in celeberrimi Altorfni Medici, D. BAIERI, *Introductionem in Medicinam forensis*. Priuato studio hora VII. matut. fundamenta *Physiologiae & Dieteticae*; hora VIII. & X. *Therapiam specialem*, vna cum necessariis regulis & cautelis practicis, in morborum curantibus obseruandis; hora vero XI. *Pathologiae generalis* fundamenta, explanabit.

FRIDERICH HOFFMANN *Publice* hora X - XI. physiologiam, *privatim* vero hora XI - XII. pathologiam generalem docebit. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus die XVII. Maii mensis.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, finitis demonstrationibus anatomicis, *publice* diebus mercurii & saturni hora X. leges quasdam artis in medendo exponet. *Privatim* hora IX. in B. SCHVLZII physiologiam medicam commentabitur, & hora II. duce MANNINGHAMO, morbos mulierum & infantum, iunctis obseruationibus, ad specialem praxin pertinentibus, explicabit, insimulque fundamenta artis obstetricariae tradet theoretico-practica.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora VII. matutina prioribus hebdomadae diebus doctrinam de Accentibus siue interfectionibus Ebraeorum, posterioribus vero Syrisum interpretabitur, additurus alia hora & Arabicum, si qui eius fuerint cupidi.

MICHAEL ALBERTI Officio & studio Publico doctrinam physico-chymico-oeconomicam de Fermentatione tractabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE *publice* h. 7. *Mathesin puram* demonstrabit. *Privatim* h. 1. *Physicam*; *Chemicam* h. 2. veramque dogmaticae & experimentaliter explicabit: labores chemici certis quibusdam horis vespertinis absoluentur. Horas *Collegio Oeconomico specialissimo Halensi*, cuius synopsis titulo, *Grund-Riss*, typis impressa prostat & *Historiae naturalis* ex votis auditorum destinandas debito tempore indicabit ex valuis publicis. *Geometriam practicam* die sabbati horis pomeridianis exercebit.

ANDREAS ELIAS BVCHNER publicis praedlectionibus destinavit *Cosmologiam* & doctrinam de *elementis*; *privatim* autem occupatus erit in explicandis *Physicis dogmaticae* fundamentis, horasque operis his destinandas suo tempore e valuis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG, *publice* nobilissimam doctrinam Iuris Publici de *finibus Imperii* pertractabit. *Privatim* praeter Collegium Iuris Publici ad III. MASCOVII introductionem, cui horam commodam tempestiue definit, *Historiam Vniuersalem* ad PVFENDORFIVM a X - XI. ac *Historiam Imperii Germanici* ad STRVVIVM ab XI - XII. pragmatico docendi genere tradet. *Privatissime* stili cultioris exercitationes cum selectioribus ingenuis continuabit. Initium Deo propitio facturus d. XVII. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG institutionem offert generalem *Philologiae Orientalis*, & specialem linguae *Arabicae*.

IOAN.



IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ integrum *cursum oeconomicum* de nouo aperiet, *agriculturam, rem pecuariam atque aedificia oeconomica*, per hoc semestre b. c. D. explicaturus. Neque iis deerit, qui aliquam inprimis partem priuatim sibi tradendam desiderabunt. In *philologicis* 1) *fundamenta linguae ebraicae*, subiuncta *analyfi*, & *accentuum doctrina*, ad ductum DANZII proponer: promtusque 2) erit ad *lectiones cursorias ebraicas* instituendas, dummodo Commilitones mature de penso eligendo animi sententiam exposuerint. In *Philosophicis* tum *Logicam*, tum *Metaphysicam*, tum *Philosophiam moralem* redaupicabitur, in singulis Virum Per-Illustrem, L. B. de WOLF secururus.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX - X. Ius Naturae, X - XI. Mathematicam puram, V - VI. Logicam, & publice continuabit Collegium disputatorium.

EXTRAORDINARIAE.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM *publicas lectiones Historiae iuris* continuabit. *Priuatim* hora IX. V. C. WOLFII *Elementa iuris feudorum*; hora XI. V. C. MASCOVII *Principia iuris publici*, hora III. *compendium suum Historiae Imperii Germanici*, & hora IV. *librum a se editum: Einleitung zu den Geschichten der Europaeischen Königreiche und Staaten*, interpretabitur.

IOAN. HARTW. REVTER docebit *hora VIII. ius criminale*, duce ENGAVIO in *elementis iuris criminalis*: *hora IX. ius naturae*, praecunte DARIES in *Institutionibus iuris prudentiae vniuersalis*: *hora X & II. Pandectas*, BOEHMERI *Compendio vsurus*: *hora XI. Institutiones Iustinianear*, HEINECCIUM sequuturus. Collegium examinatorium aut disputatorium nomina sua tempestiue dandis conceder.

D. HENR. BASS publice praeleget *Morborum historias* cum resolutionibus & sanatione decenti d. mercur. & saturn. hor. X. Priuatim pertractabit *Obstetricandi Artem* ad ductum HORNII tract. Siphra & Poa dicti hor. XI. nec non Collegium *Operationum chirurgicarum* pandet cum vtroque Apparatu instrumentali pariter ac deligatorio hor. III. Initium lectionum finitis nundinis Lipsiens. peculiari indicabit scheda.

IO. GOTTLÖB KRÜGER aestiuos labores nondum satis certo indicare potest. Faciet id peculiari scripto eum in finem edendo.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo b. c. Deo *priuatim* diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora VIII - IX. Botanicas demonstrationes & explicationes methodo consueta docebit. *Publicis* vero Lectionibus, quas praeterito hyemali Semestri constanter profecutus est, nunc porro die Saturni hora VIII - IX. Differentiam Foliorum, Caulium & Radicum illustrabit. Excursionem botanicas hora III. inchoabit. Initium erit die x. Maii a. c.


D. FRIDERICVS LEBERECHE SVPPRIAN hoc semestri aestiuo pathologicas lectiones publice proponer; priuatim vero BOERHAAVII institutiones medicas interpretabitur atque insanum morbos ad B. SCHVLZII ductum explicabit. Horas huius laboribus destinandas suo loco & tempore palam faciet.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF publice explicabit fundamenta botanica C. LINNAEI; priuatim chemiam experimentalem, materiam medicam & botanicam tractabit. Horas his lectionibus destinatas e valuis indicabit publicis.

D. ERN. ANT. NICOLAI docebit priuatim hora matutina VIII - IX. materiam medicam, hora IX - X. physiologiam & hora X - XI. praxin medicam, publice vero BOERHAAVII tractatum de viribus medicamentorum explicabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, auspice Deo, finitis Lipsiensium nundinis paschalibus, collegia, pro more, *epistolographica & oratoria*, praecentibus NEVKIRCHIO & cel. GOTTSCHEDIO, redaupicabitur; praeterea h. VIII. antemeridiana, *cursum Philosophiae Wolfianae*, ad BAVMEISTERI *elementa philosophiae recentioris* inchoabit; in gratiam partim eorum, qui omnes philosophiae partes breuiter, concatenato ordine tamen, perspicere cupiunt ante, quam singulas suscipiant disciplinas; partim eorum, quibus non nimis breue cursus academici tempus est praefictum; de cetero nulli deerit, qui *carmina, orationes, epistolas* &c. ab eo seorsim desiderabit.

LITTERIS HENDELIANIS.



CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM
ANNI MDCCC LI
OCCVPAVNTVR

PRO-RECTORE
D. IO. HENR. CALLENBERGIO,
S. S. THEOL. ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIO.



Emensi prius seculi dimidium, nunc posterius ingredimur, bono omine: in tanta Academiae tranquillitate, & securitate civium mutua, quantam vix vlllo anno vidimus. Fec

Numen supremum, sapiens illa opere litterario seiunctum eur strepitum, grassationes nocturnis licentiam. Quantum in vos prosequimini hanc vestram fe biennii vestri, trienniive, fun omnis, caute iacturam; men phici moniti illius grauissimi: I cupationes non tantum menti etiam voluntatis emendatione lo Ordinum discrimine; nisi inu tiplicari, pestesque generis h perpetuari velimus. P.P.Hala

